

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 48. Veralli Pontificii Nuntii molimina in Galiis pro dirimenda Parmensi  
caussa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

**Sæcul. XVI.** ne quæstiones de Matrimonio ante Pro-  
A.C. 1552. testantium adventum præponerentur:

Porro hisce altercationibus utrinque ferventibus nullus ex hisce articulis dis-  
cutiebatur, atque hæc ipsa socordia haud parum ad sinistros rerum succes-  
sus conferebat; imo non deerant, qui Papæ Ministros incusabant, perinde ac-  
si Synodi dissolutionem machinarentur: Præterea alii criminabantur, quod ip-  
femet Pontifex Concilium Mantuanum transferre meditaretur.

§. XLVIII.  
*Varalli Pontificii Nuntii molimina in  
Galliis pro dirimenda Parmen-  
si cauffa.*

**V**erum eo tempore Julium Pontificem magis intentum tenebat sollicitudo, qua cum Galliarum Rege concordiam redintegrare satagebat, hancque in rem, ut supra meminimus, Varallum tanquam Sedis Apostolicæ Legatum decernebat. Hic idem aliquo abhinc tempore in Franciam delatus absque ulius

---

narchiam stabiliri? Nempe si Tridentina Synodus Basileensium more statuisset, Papam Synodo subiici, certe a Continuatore nostro tanquam universalis, legitima, ac Sacrosancta deprædicaretur.

lius moræ dispendio pacis consilia eo **Sæc. XVI.**  
promptius maturare adlaborabat, quo **A.C. 1552.**  
ardentius ab ipso Rege bello finem im-  
poni cernebat: quapropter utrinque  
præprimis conventum, quod Octavius  
Farnesius Parmam Sedi Apostolicæ re-  
stitueret, sub iis tamen, quæ sequun-  
tur, conditionibus. I. Octavio Principi  
damnum æquali pretio compensetur.  
II. Papa Parmensem urbem nunquam  
Cæsari cedat: cum igitur summus Pon-  
tifex primævo naturæ beneficio pro-  
pensum ad pacem animum foveret, hoc  
que bellum alienæ potius ambitioni,  
quam propriæ propensioni satisfacturus  
suscepisset, ac aliunde expensas in ejus-  
modi bella prodigendas abhorreret,  
hinc sibi ejusmodi conditionibus ad fir-  
mam pacem aditum parari lætabatur,  
moxque ad suum Legatum perscribebat, *Pallav. l. 13.*  
quod præfasas duas propositiones lu- *c. 1. n. 6. 10.*  
bens acceptaret, ac vicissim Octavio *c. 2. n. 1.*  
Camerinum Principatum præter alia pro *seq.*  
*Thu. l. 10.*  
Parmensi Ducatu cedere paratus esset;  
quod autem eandem urbem soli Aposto-  
licæ Sedi reservaturus esset, totum Sa-  
crum Collegium cavere ajebat, ita  
tamen, ut Cæsar per diploma suo chi-  
rographo munitum in hæc pacta con-  
sentiat, & in Imperiale hoc prædium  
semper utriusque jus illæsum conserve-  
tur. Insuper spondebat Pontifex, quod

Y 5                    huic

Sæcul. XVI. huic urbi Gubernatorem Gallis haud  
A.C. 1552. suspectum præficere , nec unquam dis-  
 fidiis inter Carolum , & Henricum Re-  
 gem emergentibus illi favere vellet. His  
 ita perscriptis mox Papa Camajanum  
 ad Imperatorem ablegabat , qui eun-  
 dem de tota rei serie edoceret.

## §. XLIX.

*Pax Cardinalis Turnonii ministerio  
 agitata , ac prospero successu  
 confedita.*

Thuan. l. c. **H**is articulis utrinque firmatis Tur-  
 Pallav. n. 2. nonius Cardinalis , qui tum Ve-  
 netiis agebat , ab Henrico II. Romam  
 pergere jussus summum Pontificem ac-  
 cessit , postremam huic paci manum ad-  
 moturus , simulque eidem dabatur ne-  
 gotium , ut Papam , si fieri posset , toto  
 conatu ad Parmam Octavio relinuen-  
 dam adigere studeret. Hic idem Car-  
 dinalis tanta utebatur dexteritate , tam-  
 que validas proponebat rationes , ut  
 Pontifex haud cunctanter petitis annue-  
 ret , spe fretus , litem de Parmensi Du-  
 catu temporis progressu facile compe-  
 ni posse : præter alia enim eidem sug-  
 gerebant Galli , quod nonnisi belli in-  
 diçiae agitarentur , eo fine , ut haud  
 amplius Parmensem ditionem Farne-  
 siis eripere moliretur , interea autem  
 du-